

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria  
inanitatum nostratum speculum**

**Andreä, Johann Valentin**

**Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618**

55. Fides Ivridica

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

## 100 VANIT. TRIUMPH.

chinnans, hoc in sinum gaudens. B. Tunc hæc te somniaſſe dices? A. Evidem; ut hujus mundi nox est, qua Christianæ Religionis severitas occidit, & Ægyptiæ tenebræ Satyrorum chortos & Iudibria reduxerunt. B. Quid anne Christus gaudium omne prohibet? A. At tu nondum chorūm meū omnē audivisti. Nam post omnes sublequebatur Christus, asinā vēctus, & vae vae illud lachrymarum imbre ingeminans; cumque jam propè mihi esset, audivi dicentem: Hoc vobis confirmo, mitius actum iri cum Sodomis & Gomorris in die judicij, quam cum his.

## 55. FIDES IVRI-DICA.

A. Tene lætari rebus tam tristibus? B. Etiam exultare libet. A. Quid? An Homerus revixit? B. Nuga! libellus novus contigit. A. Vah libellos, quibus nihil est interris jejunius. B. Quibus nihil est ad leniendam hanc vitam presentius. A. Quid ergo tibi confert boni libellus tuus? B. Novam fidem. A. Deus avertat! nam cum inter tot novas fides vix veterem retineamus, quid de recentiore aliqua fieri? B. Atqui hæc nova mēa, illa antiqua fides est, sub qua salvifica fides ut plurimum resplenduit. A. Quid illi sectæ nomen? B. Hem sectæ, quæ sectatorem vix uspiam habet! A. Sive religioni? B. Quam colere nostris religio est. A. Ergo persuasiōni. B. At nemini

## FIDES IURIDICA.

101

mini persuadetur. A. Saltem opinioni. B. Stultiæ potius dixisses. Nec enim tam ridiculum hodie quicquam est, quam huic fidei meç fidem dare, ac servare. A. Quin tu nomen aperis? B. Si qui-dem fidem mihi das, te huic fore fidelem. A. Tune ei præfideas, ut possis alios in fidem accipere? B. Id quidem paulo post & tibi licebit, si hunc ordinem ingrediaris. A. Quem ordinem? B. Virti boni. A. Eho! an minus tibi videor bonus? B. Heu, quam frequens hæc omnibus vox est! Interim fides mea absque comitatu obambulat. A. Quam tu tandem fidem iactitas? B. Fidem Iuridicam. A. Iuridicam vero! cum ægre inter Christianos numerentur Iuristæ. B. Aliud est juris èustos, aliud juris institor, patronus alias est, alias rabula. A. Et quid illa tua fides sibi vult? B. Ut Magнатes paternæ præsint, subditi fideliter serviant, sacerdotes servide doceant, greci prompte discat, Optimates virtute præluceant, vulgus candide suis occupetur, sive ut paucissimis habeas, omnes honeste vivant, neminem lædant, & jus suum cuique tribuant. A. Hæc quidem naturales leges sunt. B. Itaque nos minus naturales, qui transgredimur. A. Quid verò opus est, tam antiquissimas leges novam fidem appellare? B. Quoniam vir bonus hodie non novum tantum, sed miraculū. Itaque miraculosam fidem dicere licebit. A. Crede mihi, rideberis isto tuo novo ordine. B. Crediderim; mirum ergo non est, subditos devorari, auditores fascinari, juventutem circumduci, vulgus deprimi, & rempublicam omnem confusissimis volutationibus turbari. A. Sine fieri,

E 3

quod

IOMPH.

dens. B. Tunehanc em; ut hojies man-  
igionis levectione  
aryorum choral  
anne Christus  
At tu omen  
ivisti. Nam  
us, alina rectio, &  
embre ingemans  
, audiri diceant  
actum tri cum Se-  
diej, quam an-

VRI-

bus? B. Etiam  
n Homerus re-  
origit. A. Vah  
jejunias. B.  
vitam pre-  
tboni libellus  
s avertat! nam  
erem reinaea-  
ter. B. Argu hæc  
, sub qua salvific  
A. Quid illi se-  
que factorem vi-  
ni? B. Quam coler  
persianum. B. Aus-

quod nostrum neuter impediet B. Sit sane; dum  
interim gaudeamus quoties vir bonus & fidei  
antiqua custos occurret.

56. RESTITVTO IN  
INTEGRVM.

A. **H**em quis concursus hominum, quis applandentium strepitus? B. Vah tu unus ignorabis quod possideamus Publicum Bonū? A. Gratulore quidem vel nescius rerum, sed non tu me beabis fœlicitatis novæ descriptione? B. Quis me potius comitaberis, ut adoremus uterque terrenum numen. A. Dic sodes quæ Dea illa? B. Vix præ lœtitia possum, ita expectata nobis diu, & precibus vocata tandem comparavit. A. Integritas est? B. Non ea quidem sed quæ integritatem, cum numero alio virtutum choro adduxit. A. O felicia tempora! B. Evidem; quibus Hercules novus, monstrorum dominor omnium apparuit. A. Enecas me mora. B. Et Asclepiades nov⁹, nov⁹ Machaō terris reddit⁹ est, pellendis morbis immissus. A. Libera me. B. Et Saturno imperium restitutum, ad pristinam felicitatem revocandum. A. Quine expectatum B. Mane, jam nomen accipies, sed pileum prius detrahe. A. Si vis etiam calceos. B. Quod felix faustumque, Reformatio urbem nostram magna pompa ingressa est. A. Ha ha ha he. B. Dij te perdant, qui saluberrimum hoc nomen rideat. A. Heu heu heu nobis! B. Iam nefles? A. Quid faciam, si nec iradicare, nec fere licet? B. Potius admiraberis